

Secunda pars.

quidam sunt perfecti quidam imperfecti. Et primus horum dicitur horizon. Finitor aut finies obliquus hoc est terminator visus in sphaera obliqua quia ipse diuidit & determinat hemispherium superius ab hemispherio inferiori. Et quicquid est sub illo circulo est sub horizonte nobis occultatum quicquid autem est supra nobis apparet. ¶ Hi etiam circuli ob frequētem circuitiōnem & crebram retorsionem; nunc exactiores; nunc contractiores certa & necessaria exaratione ad similitudinem pene corone inscripti; corona appellantur. In qua magna huius instrumenti consistit efficacia. Nec idest silentio pretereundum; centrum vltimi Almicantharat esse Zenith regionis climatis; aut oppidi ad quod tabula aut matris superficies descripta est; vnde nō ab re polus horizontis dicitur. Zenith autem regionis climatis aut oppidi punctus est in celo directe huic suprapositus. Latine punctus verticalis. ¶ Post Almicantharat accedunt Azimuth & sunt circuli imperfecti quos latini vocant circulos verticales eo q̄ per punctum verticalem, idest Zenith omnes transeant. & distinguunt horizontē in 360. partes. Quos plures circulos rectitudinum nominant; ex eo q̄ per eos recte scimus in qua parte mundi stella oriatur atq; occidat. ¶ Sub horizonte obliquo in inferiori parte astrolabij sunt inscripti decem arcus horarum inequalium; qui a tropico per equatorem tendunt in alium tropicum; hos arabes Nototalgab, idest breues horarum lineas vocant; qui linea medie noctis; & horizonte obliquo coassumptis duodecim horas constituunt & impressis numeris singulae denotantur. Quarum dextra lineatio interdū antemeridianis horis; sinistra postmeridianis accommodatur. Noctū dextra horis ante conticinium sinistra post conticinium alligatur. ¶ Inter arcus horarios aliqua Astrolabia; habent duas lineas crepusculinas descriptas per quas initium diei & noctis fm vulgus accipitur. ¶ Præterea inserti sunt alij quattuor arcus vergentes ab vna parte circuli Capricorni; per intersectionem horizontis obliqui & lineæ mediæ cœli; in aliam partem eiusdem circuli capricorni; qui vna cum horizonte & lineæ mediæ cœli duodecim cœlestia domicilia constituunt & mira quadam facilitate distinguunt, & vocantur cuspides aut lineæ initiales. 1 2. domorū. de quibus post hac abunde dicemus. ¶ Supremo deniq; circulo limbi superaddidimus peripheriam, 1 2. ventorum vt a qua cœli plaga qui vis spiret sit cognitu facillimū. ¶ De circularibus arcibus & lineis tabularum regionum aut matris astrolabij quid sibi velint hæcenus dictum. His igitur incubat Rete; Aranea siue Voluellum arabice Alhancabuth Instrumentum quidam particulare astrolabij mira quadam fabrica constructum; insculptum & terebratū. Iccirco dictum Rete siue Aranea ob similitudinem quam habet cum Reti aut tela Araneæ. Voluellum quia manuali versatione ad demonstrandam cœlestis sphaeræ volubilitatem & administrationem horarum æqualiū & inæqualiū & aliarum rerum astrologicarum propemodum innumerarū voluitur. Et sunt in ipso quattuor circuli. Circulus Cancrī, Capricorni Equinoctialis & Zodiaci. De tribus primis supra abunde diximus. De Zodiaco hæc pauca notabimus. Arabice hic circulus appellat Mitach, græce Simiophoros aut Zodiacus. Latine signifer. Circulus obliquus vel inflexus. Est em̄ signifer (vt Cleomedes inqt) circulus obliquus per tropicos & æquinoctialē plectus qui vtrūq; tropicū in puncto cōtingit sed æquinoctialē diuiduo secat. Mitach em̄ arabico sermōe circuls signorū dicit. Simiophoros græce latine signifer. Zodiacus circuls vitæ vel aialiū. Signifer quia fert signa. Obliquus aut inflexus circulus quia cum horizonte nunq; angulū rectū constituit. Nec regulariter ascendit vt æquinoctialis; & a polis mundi non æquedistat. Hic in, 1 2. partes quas

Zenith+

Azimuth+

Arcus horarū
inæqualium+

Lineæ crepusculinæ,
Arcus domorum,

Circuli vtorum,
Rete,
Aranea,
Voluellum,
Alhancabuth

Zodiacus,
Mitach,
Simiophoros
Signifer,
Circulus obliquus,